

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Philippus Apost. S. Iacobus Apost. 1. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

1. S. Philippus Bethsaidæ ciuis, ex  
piscatore brutorum à Christo D. pro-  
motus ad piscaturam hominum, con-  
fessim Nathanaelem Christo adduxit.  
Simplicitate sancta Christo carus,  
post eius in cælos ascensionē Scythiaæ  
populos erudiendos sorte accepit, ab  
his in vicinam Hierapolim veniens ad  
confutandos Ebionitas, qui Christum  
ante B. V. non fuisse impie garriebant  
eorundem insidijs impetus in cruce  
& sub lapidum iactu vitam pro Dno  
gloriose amisit.

2. S. Iacobus frater Dni nominatus  
post eius in cælos Ascensionem apud  
Iudæos Episcopatum sorte accepit se-  
ditque Ierosolymis in maxima vitæ au-  
steritate & fama sanctitatis, annis am-  
plius XXX. quibus optime expletis in-  
sidijs Iudæorum peremptus est præci-  
pitio de arce templi & verberibus con-  
fractus.

S. Philippus Apost. S. Iacobus Apost.  
1. Maij.



Amor Crucis.

Memor esto arrepti propositi, & in  
imaginem tibi propone Crucifixi. Ger-  
son

Deus qui nos annua Apostolorum  
tuorum Philippi & Jacobi Solemni-  
tate latificas : praesta quæsumus ut  
quorum gaudemus meritis accenda-  
mus exemplis. Per D N Ies Chr &c.

Ora pro Ecclesia Cathol. &